

Ladislai ducis Opolien: recognitio super  
 commodata certa pecunia  
 modo obligatorio in Villas Olsina et  
 Royow

Nos Ladislaus Dei gratia Dux Opoliensis &c.  
 Notum facimus tenore presentium quibus expedit  
 universis. Quod quia veniens ad nostram presentiam  
 nobilis & honesta domina Anna Conthoralis Stre-  
 nuu Joannis militis de Sycnavia supplicans nostre  
 Illustritati humiliter exaffectu. quatenus sibi pre-  
 sentem publicam recognitionem assignare digna-  
 remur. Quomodo vel qualiter aliis temporibus dudum retroactis  
 ville & possessiones ~~pura~~ Olsina & Royow nostris  
 fuissent subiecte dominio & potestate Nos <sup>re</sup> prefate  
 domina Anna dignis supplicationibus benigne  
 inclinati. Recognoscimus per presentes. Quod propter  
 instantem requisitionem & ingruentem necessitatem  
 Nicolai de Keteerdorff alias Kathowiere, de & super  
 prefatas possessiones & Villas Olsina & Royow  
 quendam certam summam pecunie predicto Nicolao  
 ratione obligatoris inparata pecunia duximus  
 largiflue mutuandum de quarum quidem summa  
 pecuniarum insolutarum ut prefertur idem  
 Nicolaus nobis inquadragesima maris grossorum,  
 Pragensium Polonici pagamenti remanebit de-  
 bitorie obligatus harum nostrarum quibus  
 sigillum nostrum appensum est testimonio  
 literarum Dat. Glogovie XXVI die Mensis Maji An-  
 no Domini MCCC.

Takopia prupivana z Originatu  
 pargaminowego dnia 12. Majes  
 R<sup>o</sup> 1784 Udolu wierzga pieczętu  
 odpadła.

